UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiæ

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXVIII. De Limitibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-80071

Visual Library

Dyn. *l.22.ff. ad L. Jul. de adulter. ubi exemplum. l. 15. ff. de mortis cauſ. donat.* Franciſc. Viv. *deciſ. Neapolit. 30. numer. 2. lib. 1.* Matth. Afflict. *deciſ. 288. num. 3.* Trentacinq. *lib. 3. var. reſol. 10. de ſolut. reſol. 2.* Matth. Stephan. *de jurisdict. cap. 7. num. 395.* qvia à contrario ſenſu abſurdum eſſet, ſi non diceremus licere, qvod plus eſt, cui non licet, qvod minus eſt. *l. relegatorum 7. §. fin. de interd. & releg. l. qvi indignus 4. ff. de Senat. l. cui pacto 5. ff. de ſerv. export.* Gœdd. *3. conſ. Marp. 33. n. 92.*

VII.

In dubio præſumitur qvis licitè & juris ſui tuendi cauſa, non autem alterius vexandi cauſa aliqvid facere. Weſenb. *1. conſ. 21. num. 37.* Bald. *in l. item pupilli. n. 4. ff. de rer. diviſ.* Regn. Sixtin. *2. conſ. 10. n. 29.*

CAP. XXVI.
De Lictoribus.

Axioma I.

Lictorum officium in eo potiſſimùm conſiſtit, ut miniſterium præbeant Magiſtratui, à limo vel licio ita appellati, qvia licio transverſo, qvi Magiſtratibus miniſtrabant, cincti erant. Carpz. *p. 2. Dec. 112. n. 7. 8.*

II.

Lictores nullibi in Jure inter perſonas infames referuntur, neqve infamiâ facti laborant & malè æqviparantur carnificibus Carpz. *P. 1. dec. 18. n. 10. ſeq. & P. 2. dec. 112. n. 6.* hinc lictoris viduam ducenti non deneganda receptio in Collegium opificum. *dict. Deciſ. 18. n. 5.*

III.

Lictoribus ad apprehendendum vel extrahendum miſſis vi ſe opponere facinoroſis non licet. *Ord. Crim. art. 142. & 150. Theodor. Crim. p. 1556. lit. C. n. 57.* & lictori reſiſtens vel vim inferens, ſciens talem eſſe, pro facti qvalitate graviter plecti debet, etiam ultimo ſupplicio, ſi qvalitas facti fuerit multum aggravans. Boër. *dec. 170. n. 5. Guid. Pap. Dec. 557. Peck. de Jure ſiſtend. c. 32. n. 3.* imò Lictores reum cum armis reſiſtentem non ſolùm coërcere ac vinctum ad carceres rapere, ſed etiam, ſi iſte aliter prehendi ſine metu gravioris vulnerationis aut mortis non potuerit, occidere poſſunt. *Clarus 5. ſentent. §. ult. q. 28. Gilhauſ. arb. jud. Crim. c. 3. p. 1. n. 29. Fachin. Lib. 9. Controv. 73.*

CAP. XXVII.
Limitatio.

Axioma I.

Limitatorium dicitur quod in totum jus non corrigit, ſed in aliqvo tantum ei derogat, Corn. *conſ. 174. vol. 4.* Crot. *in l. omnes populi. verſ. pro complemento. col. 39. de juſt. & jur.* Cravett. *de antiq. temp. p. 4. num. 37.* Pantſchman. *2. qvæſt. pract. 19. num. 4.* Hyppol. Riminald. *Inſt. de donat. §. 1. num. 543.*

II.

Limitata voluntas ultra terminos limitationis non eſt extendenda. *l. operis non. 31. ff. de oper. libert. l. 1. §. Julianus 5. ff. de itin. act. privat. l. fin. C. ne uxor pro marito. l. tutores qvi 39. ff. de admin. tut. l. tutorio. C. de negot. geſt. l. voluntaria 12. C. de excuſat. tut. cap. auditis 15. c. cum olim 18. de præſcript. c. manifeſta 20. 12. qvæſt. 1.* Vult. *2. Conſ. Marpurg. 29. n. 162.* Gœdd. *1. Conſ. Marp. 26. num. 219.* Innocent. *in c. dilectus de Capell. monach.* Ratio, qvia limitata cauſa limitatum producit effectum. *l. in agris 16. ff. de acqvir. dom. l. 2. ff. de peric. & comm. rei vend. gl.* & Dec. *in l. ambiguis. §. qvoties. ff. de Reg. Jur.* Menoch. *conſ. 647. numer. 4. vol. 7.* Everard. *conſil. 135. n. 13. & conſil. 165. n. 2.* Weſenb. *2. conſ. 52. num. 43.* Viv. *deciſ. Neapol. 380. n. 21.* Cephal. *conſ. 288. n. 43. vol. 2.* Hinc limitatam ſententiam limitatam habere executionem, ait Roland, à Valle *conſ. 100. num. 82. vol. 4.* & limitatum pactum limitatam recipere confirmationem nec ultra expreſſa extendi *ex l. jubemus. 21. C. ad SC. Vellej. l. ſi de certa. 31. C. de transact.* probat Gœdd. *1. Conſ. Marp. 27. num. 193.* & limitatam renunciationem ad perſonas expreſſas reſtringi nec ad alias extendi, not. Roman. *in l. damni. §. ſi is qvi vicinus. ff. de damn. infect. ex l. ſi mulier 22. Cod. ad SC. Vellej. l. ſi unus 27. §. 4. verſ. ante omnia. ff. de pact. l. actione 4. C. de transact. cap. unic. de eo qvi fin. cap. fecit. Agnat. de feud. pat. 2. f. 49.* add. Alex. *in l. veteres. col. antepenult. ff. de acqvir. poſſ.* Aretin. *in l. qvi ſuper litis. ff. de acqvirend. hered.* Pariſ. *conſ. 12. num. 90. & conſ. 32. num. 13. vol. 1.* Dec. *conſil. 319. num. 9. conſil. 452. n. 21. & conſ. 625. n. 6.* Tiber. Decian. *reſponſ. 33. n. 46. vol. 1. & reſponſ. 45. num. 11. vol. 2.*

III.

Limitatoria cauſa potentior eſt correctoria, Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. num. 33.* In priori enim locum habere extenſionem ex rationis identitate, not. Jaſon. *in l. ſi conſtante. num. 73. ff. ſolut. matrim.* & egregiè Gammar. *in tract. extenſion. num. 93.* cum in correctoria etiam ex majoritate rationis ea denegetur. Jaſ. *in Auth. qvas actiones. num. 21. C. de SS. Eccl.* Pariſ. *conſ. 16. num. 18. lib. 3.* Socin. jun. *conſ. 131. num. 10. lib. 1.* Exempla vid. apud Menoch. *d. loc. n. 36. & ſeqq.*

CAP. XXVIII.
De Limitibus.

Axioma I.

Pro limitibus ſunt flumina, rivi, foſſæ, aggeres, montes, valles, lapides inſigniti, gezeichnete Steine / & ſolo in fixi, columnæ, arbores ſignatæ, gemerckte Bäume / die mit einem Creutz oder andern Gemerck gezeichnet. Schneid. *in §. 20. Inſt. de action. in act. fin. regund. n. 28.*

II.

Ad lapides publicos referuntur termini venationum, Jagt- und Forſt-Gräntzen / decimarum, Zehend-Gräntzen / præfecturarum, Amt-Gräntzen. *Werdenh. de Rebusp. Hanſeat. 2. cap. 4.*

III.

Limites diœceſium, provinciarum, regnorum

& ſimi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& ſimiles præſcribi non poſſunt, ea verò qvæ ſunt intra limites rectè præſcribuntur. Mynſ. *Cent. 6. obſ. 28.*

In *Lineas* ſucceſſio qvomodo fiat, vid. *Succeſſio ab inteſtato.*

CAP. XXIX.

Liqvidatio, Liqvidum.

Axioma I.

Liqvidatio ex poſt-facto idem operatur, qvod purum ab initio. *l. cum teſtamento 4. Cod. de teſtament. manumiſſ. ibiqve* Baldus *l. ſi rem. 30. §. fin. de pign. act. l. ſi mandavero tibi 22. ff. mandat.*

II.

Liqvidum non debet retardari propter illiqvidum, *l. ſtatu liber. rationem 5. ff. de ſtatu lib.* facit *text. 2. feud. 20. de controverſ. inter Epiſc. & Vaſall. §. ſed ſi conſtiterit.* Curt. jun. *conſ. 122. num. 3.* Cavalcan. *de tutor. num. 215.* Munoz de Eſcobarb. *de ratiocin. admin. c. 21. per tot.* cum nullus compenſationis locus ſperandus liqvidi ad non liqvidum. *l. fin. C. de compenſat. §. 30. Inſtitut. de action.* ibiqve Corraſ. Arum. *exerc. 16. th. 9.* Treutl. *vol. 1. diſp. 25. th. 8. lit. g.* ibiqve Bachov. nec in diem dilati. *l. 7. princ. ff. de compenſat.* Ludwel. *in diſp. ad Inſtit. 14. th. 7. lit. K.* Coll. Jur. Arg. *de compenſat. th. 8. num. 9.* Rota Genuenſ. *deciſ. 8. num. 15. & deciſ. 190. num. 19.* Joſeph. Ludov. *deciſ. Peruſ. 15. n. 15.* adeò ut executio pro liqvidis, etiam remanente litis pendentia ſuper illiqvidis rectè fieri poſſit. Lancellot. *de attentat. p. 2. num. 4. limit. 28. per tot.* Joſeph. de Seſe. *deciſ. 88. n. 4.* Gratian. *tom. 3. diſceptat. forenſ. cap. 529. in fin. & tom. 4. cap. 728. num. 11.* Fontanell. *de pactis nuptial. cl. 7. gloſſ. 3. p. 6. n. 3.* & non liqvidum in exceptione, liqvidum in actione retardare non debet, qvod verum, qvando exceptio altiorem indaginem reqvirit, *d. l. fin. C. de compenſat. l. in hac actione 3. §. 13. ff. ad exhibend. l. ille à qvo 13. §. 2. & 3. ff. ad SC. Trebell. l. 2. C. de edict. D. Adr. toll. l. fin. in fin. C. de ord. cogn.* Gail. *1. obſ. 113. n. 11.* Weſenb. *conſ. 220. n. 36. & ſeqq.* Beſold. *in theſaur. pract. lit. M. verb. mandata.* Mævius *in comment. ad jus Lubecenſ. lib. 5. lit. b. art. 2. n. 1.* Berlich. *vol. 1. concl. ult. num. 86.*

Limita, niſi de proximo non liqvidum liqvidandum eſſet. *l. fin. C. de compenſat.* Socin *in tract. reg. 86. fallent. 2.* Qvæ enim de proximo futura ſunt, pro jam factis habentur. *l. penult. ff. de milit. teſtam.* Laurent. Tennin. *in tractat. cautel. 24. num. 3.* & pro liqvido habendum eſt, qvod in promptu liqvidari poteſt, ut eleganter docet Anton. Faber. *in C. lib. 4. tit. 23. defin. 2. numer. 3.* vid. Gylman. *tom. 4. Symph. p. 1. vot. 22. numer. 9.* Carpz. *p. 1. conſt. 8. defin. 10. n. 4.*

Tripliciter autem liqvidum dicitur, vel qvod conſtet ex confeſſione partis, ſeu genere qvæſtionis facti, aut juris, qvod ſemper certum, deniqve ex celeritate probationis, vid. Zang. *p. 3. de except. 8. n. 95.* Mæſtert. *tractat. de compenſ. qvæſt. 14. n. 2.* debet autem non tantum conſtare de ipſo debito, ſed etiam ejus qvantitate, hoc eſt, qvid, qvale qvantumq; debeatur. *l. certum 6. ſi cert. pet.* Carpz. *2. conſ. 109. n. 22. & ſeq.* hæc probatio autem fieri debet per inſtrumenta vel ex partis confeſſione. Carpz. *Proc. tit. 22. art. 4. n. 14.*

Limita (2.) ſi ita conjungatur liqvidum cum illiqvido, ut ratione partis illiqvidæ tota ſumma reddatur illiqvida *Carleval. de Judic. tit. 5. diſp. 15. n. 4.* (3.) ſi adhuc reddendæ ſint rationes à ſocio Tutore vel alio adminiſtratore. *Carleval. d. l. diſp. 7. per tot.* (4.) ſi exceptio compenſandi illiqvidi non in fine proceſſus ſed ſtatim in exordio opponatur *Vinn. Lib. 1. qvæſt. ſelect. 50.*

CAP. XXX.

Litera. *v. ſupra* Epiſtola *& infra* Verba.

Litera eſt, qvæ oculis cernitur, non autem qvæ ſolo intellectu videtur, & colligitur. Alex. *in l. 1. num. 23.* ibiqve Socin. *num. 36. ff. de vulg. ſubſtitut.* idem Alex. *in l. poſt aditam. n. 4. C. de impub. ſubſtitut.* Felin. *in cap. translato n. 5. de conſtitut.* Jaſon. *in l. non dubium. num. 12. C. de LL.* Menoch. *remed. 4. adipiſc. poſſ. n. 218.*

CAP. XXXI.

Lites, Litigare.

Axioma I.

Litigari abſqve pecunia nunqvam poteſt. *l. eum qvem 79. ff. de judic. arg. l. alias 18. ff. de jurejur. l. 22. C. de mandat.* Herman. Lather. *de cenſib. lib. 3. c. 5. n. 35.* ſed prima, media & ultima cautio litigiorum eſt de expenſis ſolvendis & inſumendis. *Auth. offeratur. C. de litis conteſt.* Vent. de Valent. *in parthen. litig. lib. 1. cap. 4. n. 5.* Unde litigantes ſimiles eſſe Chymiſtis, ait Carpzov. *p. 1. conſtit. 1. def. 1. n. 4.* qvia ſicut laborioſi qværunt lapidem, donec omnia dilapidaverint; ita litigantes & ſe & opes conterunt, donec triſtiſſimum litis eventum experiantur, & Chymiſtarum præmium nimirum paupertatem ſentiant. *l. qvod debetur 51. ff. de pecul.* Andr. Knichen. *in Comm. ad jus Saxon. c. 3. fol. 260.* Hering. *de fidejuſſ. c. 1. n. 25.*

II.

Lites qvi execratur, ejus verecundia non eſt vituperanda, *l. item ſi res 4. §. poteſt 1. ff. de alienat. jud. mut.* Ejus enim cogitatio eſt laudabilis, ſiqvidem lites Legibus & Papæ & Imperatori & omnibus probis viris eſſe odioſas, not. Marſil. *verb. lis pendet. n. 222. in fin. de bannit.* vid. Gomez. *in c. diſpendia. num. 6. verſ. nota primo de reſcript.* Pacian. *conſil. 4. n. 1. vol. 1.* Unde etiam ad judicis officium pertinet tollere fomenta & occaſiones litium. *l. qvidam 21. ff. ſi cert. pet. l. 13. §. 3. verſ. æqviſſimum de uſufruct. c. finem de dolo.* & ſi fieri poteſt reſtringere, non autem laxare, ne finis unius fiat Principum alterius. Lucas de Penna *in l. litibus. n. 5. verſ. & generaliter. C. de agricol. & cenſit.* Pacian. *conſil. 2. n. 54.* id qvod præcipuum munus eſſe integerrimi Prætoris docent *l. properandum 13. C. de judic. l. litibus 20. Cod. de agricol.* cum ex litibus nihil niſi diſcordia oriatur, *l. ſervus 20. verſ. ſed aliqva. ff. de O. & A.* Vultej. *2. Conſ. Marpurg. 25. n. 39.* Qvare cum litis exitus ſit dubius. *l. qvod debetur 51. ff. de pecul. l. 78. ff. ad SC. Trebell.* Weſenb. *in parat. ff. de pactis. num. 1.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN